Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



311

In principio fecit deus ce
lum et terram et creauit me ho
dymaginem et similitudinem
suam. V formauit igitur deus
hominem de limo terre et inspi
rauit in faciem eius spiracu
lum uite. Ad ymaginem. Lij.
Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum. diuisitque aquas que erant sub firmamento. ab his que erant sup firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque deus firmamentum celum. Et factum est uespere et mane dies secundus. Tu. Ex. In principio creauit deus celum et terram. Et spiritus domini ferebatur super aquas. Et uidit deus cuncta quecumque fecerat. Et erant ualde bona. V Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. Et uidit.
Dixitque uero deus. Lectio iij.
Congregentur aque que sub celo sunt in unum locum unum. et appareat arida. factumque est ita. Et uocauit deus aridam terram congregationesque aquarum appellauit maria. Et uidit deus quod esset bonum. Et ait. Germinet terra herbam uirentem et facientem semen. Et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.
Formauit deus ho Tu.
minem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum uite. Et factus est homo in aiam uiuentem. V Igitur perfecti sunt. Et fecit.
Et protulit terra. Lij. Lectio iiij.
herbam uirentem et afferentem semen iuxta genus suum. lignumque faciens fructum. et habens unumquodque semen secundum speciem suam. Et uidit deus quod esset bonum. factumque est uespere et mane dies tertius. Tu. Ex. Vbi igitur deus hominem et posuit eum